

**Monday 17 June 2013 – Afternoon**

**A2 GCE CLASSICS: LATIN**

**F363/01 Latin Verse**

**INSERT**



**Duration: 2 hours**

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not hand in this Insert at the end of the examination. It is not required by the Examiner.

**INFORMATION FOR CANDIDATES**

- This document consists of **8** pages. Any blank pages are indicated.

**INSTRUCTION TO EXAMS OFFICER/INVIGILATOR**

- Do not send this Insert for marking; it should be retained in the centre or recycled. Please contact OCR Copyright should you wish to re-use this document.

### Passage 1

*Pentheus goes up a mountain to spy on women worshipping the god Bacchus. They include Pentheus' mother Agave, and her sisters Ino and Autonoe. Driven wild by Bacchus and thinking that Pentheus is an animal, they launch a frenzied attack on him.*

Pentheus himself went to Mount Cithaeron, the place for the god's sacred rites, which was resounding with songs and the shrill cries of worshippers.

monte fere medio est, cingentibus <sup>1</sup> ultima <sup>2</sup> silvis, purus <sup>3</sup> ab arboribus, spectabilis undique, campus: hic <sup>4</sup> oculis illum cernentem sacra profanis <sup>5</sup> prima videt, prima est insano concita cursu mater, et 'o geminae' clamavit 'adeste sorores!' ille aper <sup>6</sup> , in nostris errat qui maximus agris, ille mihi feriendus aper <sup>6</sup> . ruit omnis in unum turba furens; cunctae coeunt fremituque sequuntur iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem. saucius ille tamen 'fer opem, matertera' <sup>7</sup> dixit, 'Autonoe! moveant animos Actaeonis umbrae!' illa quis Actaeon nescit, dextramque precantis abstulit; Inoo lacerata est altera raptu. non habet infelix quae matri bracchia tendat, trunca <sup>8</sup> sed ostendens dereptis vulnera membris 'adspice, mater!' ait. visis ululavit <sup>9</sup> Agave avulsumque caput digitis complexa cruentis clamat: 'io <sup>10</sup> comites, opus hoc victoria nostra est!' non citius <sup>11</sup> frondes <sup>12</sup> autumni frigore tactas iamque male haerentes alta rapit arbore ventus, quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.	5 10 15 20
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------

Ovid, *Metamorphoses* 3.708–731 (with omissions)

#### Names

<i>Autonoe, Autonoës</i> (f)	Autonoe (sister of Agave)
<i>Actaeon, Actaeonis</i> (m)	Actaeon (Autonoe's son, who had been torn apart by his own hunting dogs)
<i>Inous, -a, -um</i>	of Ino (sister of Agave)
<i>Agave, Agaves</i> (f)	Agave (mother of Pentheus)

## Words

<sup>1</sup> <i>cingo, cingere, cinxi, cinctus</i>	I surround, enclose
<sup>2</sup> <i>ultima, -orum</i> (n pl)	edges
<sup>3</sup> <i>purus ab</i> (+ abl.)	free from
<sup>4</sup> <i>hic</i>	here
<sup>5</sup> <i>profanus, -a, -um</i>	unholy
<sup>6</sup> <i>aper, apri</i> (m)	boar
<sup>7</sup> <i>matertera, -ae</i> (f)	aunt
<sup>8</sup> <i>truncus, -a, -um</i>	mutilated
<sup>9</sup> <i>ululo, -are</i>	I shriek
<sup>10</sup> <i>io</i>	io! (a ritual shout)
<sup>11</sup> <i>citius</i>	more quickly
<sup>12</sup> <i>frons, frondis</i> (f)	leaf

## Passage 2A

Anna refert: 'o luce magis dilecta sorori,  
 solane perpetua maerens carpere iuventa  
 nec dulces natos Veneris nec praemia noris?  
 id cinerem aut manes credis curare sepultos?  
 esto: aegram nulli quondam flexere mariti,  
 non Libyae, non ante Tyro; despectus Iarbas  
 ductoresque alii, quos Africa terra triumphis  
 dives alit: placitone etiam pugnabis amori?  
 nec venit in mentem quorum consederis arvis?  
 hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello,  
 et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis;  
 hinc deserta siti regio lateque furentes  
 Barcae. quid bella Tyro surgentia dicam  
 germanique minas?  
 dis equidem auspiciibus reor et Iunone secunda  
 hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.  
 quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere regna  
 coniugio talii! Teucrum comitantibus armis  
 Punica se quantis attollet gloria rebus!  
 tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis  
 indulge hospitio causasque innecte morandi,  
 dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion,  
 quassataeque rates, dum non tractabile caelum.' 20  
15  
10  
5

Virgil, *Aeneid* 4.31–53

**Passage 2B**

at regina gravi iamdudum saucia cura  
vulnus alit venis et caeco carpitur igni.  
multa viri virtus animo multusque recursat  
gentis honos; haerent infixi pectore vultus  
verbaque nec placidam membris dat cura quietem. 5  
postera Phoebea lustrabat lampade terras  
umentemque Aurora polo dimoverat umbram,  
cum sic unanimam adloquitur male sana sororem:  
'Anna, soror, quae me suspensam insomnia terrent!  
quis novus hic nostris successit sedibus hospes, 10  
quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!  
credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.'

Virgil, *Aeneid* 4.1–12

## Passage 3A

Postume, plorantem potuisti linquere Gallam,  
     miles et Augusti fortia signa sequi?  
 tantine ulla fuit spoliati gloria Parthi,  
     ne faceres Galla multa rogante tua?  
 si fas est, omnes pariter pereatis avari,  
     et quisquis fido praetulit arma toro!  
 tu tamen innecta tectus, vesane, lacerna  
     potabis galea fessus Araxis aquam.  
 illa quidem interea fama tabescet inani,  
     haec tua ne virtus fiat amara tibi,  
 neve tua Medae laetentur caede sagittae,  
     ferreus armato neu cataphractus equo,  
 neve aliquid de te flendum referatur in urna:  
     sic redeunt, illis qui cedidere locis.  
 ter quater in casta felix, o Postume, Galla!  
     moribus his alia coniuge dignus eras.  
 quid faciet nullo munita puella timore,  
     cum sit luxuriae Roma magistra suae?  
 sed securus eas: Gallam non munera vincent,  
     duritiaeque tuae non erit illa memor.  
 nam quocumque die salvum te fata remittent,  
     pendebit collo Galla pudica tuo.  
 Postumus alter erit miranda coniuge Ulixes:  
     non illi longae tot nocuere morae,  
 castra decem annorum, et Ciconum mors Ismara capta,  
     exustaeque tuae mox, Polypheme, genae,  
     .....  
     30

et veteres arcus leto renovasse procorum,  
     errorisque sui sic statuisse modum.  
 nec frustra, quia casta domi persederat uxor.  
     vincit Penelopes Aelia Galla fidem.  
     30

Propertius, *Elegies* 3.12.1–26, 35–38

**Passage 3B**

nox media, et dominae mihi venit epistula nostrae:  
Tibure me missa iussit adesse mora,  
candida qua geminas ostendunt culmina turres,  
et cadit in patulos nympha Aniena lacus.  
quid faciam? obductis committam mene tenebris, 5  
ut timeam audaces in mea membra manus?  
at si distulero haec nostro mandata timore,  
nocturno fletus saevior hoste mihi.  
peccaram semel, et totum sum pulsus in annum:  
in me mansuetas non habet illa manus. 10  
nec tamen est quisquam, sacros qui laedat amantes:  
Scironis media sic licet ire via.

Propertius, *Elegies* 3.16.1–12

**Copyright Information**

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website ([www.ocr.org.uk](http://www.ocr.org.uk)) after the live examination series.

If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact the Copyright Team, First Floor, 9 Hills Road, Cambridge CB2 1GE.

OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.